



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

303. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

pœnitentis curiosè discernat, & secundùm hæc, ut sibi visum fuerit, singula quæque dijudicet. Quibusdam namque à cibis abstinendo, aliis eleemosynas dando, nonnullis genua flectendo sæpius, sive in cruce stando, aut aliquid aliud hujusmodi, quod ad purgationem peccatorum pertineat, faciendo, universa necesse est errata corrigere. quæ universa in examine discreti debent pendere judicis.

De pœnitentibus. *Ex Concilio Africano.*

CCC I. Pœnitentibus secundùm differentiam peccatorum Episcopi arbitrio pœnitentię tempora decernantur.

Halitgar. lib. 3. c. 1. 11.
Concil. Carthag. 3. c. 31.

De eadem re. *Ex eodem.*

CCC II. Ut sacerdos pœnitentiam imploranti absque personæ acceptione pœnitentię leges injungat.

Halitgar. lib. c. 1.
Concil. Carthag. 4. c. 74.
Burchard. lib. 19. c. 35.

Ut pœnitentia conjugatis ex consensu detur.

Ex Concilio Arelatensi.

CCC III. Pœnitentiam conjugatis non nisi ex consensu dandam.

Concil. Arelat. 2. c. 22.
Burchard. lib. 19. c. 111.

Ex Concilio Laodicensi.

CCC IV. De his qui diversis facinoribus peccaverunt, & perseverantes in oratione confessionis & pœnitentię conversionem à malis habuere perfectam, pro qualitate delicti talibus pœnitentię tempus impensum, propter clementiam & bonitatem Dei communitio concedatur.

Concil. Laodic. c. 2.
Halitgar. lib. 3. c. 15.
Burchard. lib. 19. c. 41.